



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De morte herodis ca. Ixvij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

## Historia libri

azymoz non licebat aliquem occidere: et ppter custodes carceris tradidit eum custodiendus quartuor quaternibus militum, volens post pascha producere eum populo: ut ipse populus occideret eum: non ipse herodes ut laetabu, quia magis videbatur eis gloriosum si ipsi occideret eum: quia erat pncipes apostolorum,

Quomodo liberatus est petrus de manu herodis,

Capl'm. LXVII.

### **M** M autē III CXL

c stino prodicturnus eum esset herodes populo, ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus que adhuc rhome esse dicuntur et custodes iacentes ante ostium custodie habant carcerem. Et ecce angelus domini astigit: et lumen resulit in habitaculo carceris, et miraculose factum est ut solus petrus videtur lumine, percussaque latere petri excitauit eum dicens, Surge velociter. Et statim cedentur catene due de manibus eius: que adhuc rhome esse perhibentur. Et dixit angelus ad eum, Preceps et calcia te caligis tuis. Deposuerat enim cingulum ppter molestem carceris: ut tunica circa pedes demissa temperaret frigus noctis. In quo datum est exemplum sanctis viris: quod in angustiis licet aliquid relaxare de rigore ordinis. Legimus enim apostolos et prophetas duris cingulis vsos, ppter afflictiones carnis: et petru ad tempus deposuisse cingulum pro molestia carceris. Et fecit petrus iuxta mandatum angelii: et addidit angelus, Circunda tibi vestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequitur eum: et nesciebat, quia verum est quod fierebat per angelum, id est non putabat hoc in rei veritate fieri: sed imaginaria visione ostendit. Unde sequitur, Existimabat se visum videre: et hoc sibi ostensum imaginaria visione. Transeuntes autem primā custodiā, id est custodes carceris custodie deputatos, et secundā, id est duos quaterniones. Vnde prius custodiā, id est primū quaternionē cum suis: venerunt ad portā ferream que dicit ad cluitatem: que putatur fuisse in atrio carceris. Carcer enim habebat atrium: et erat in exteriori parte cluitatis sive extra cluitatem, et vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt in

vicum unum, et stinuo discessit angelus ab eovit sciret se in rei veritate de carcere eductū: qui putabat sibi hoc imaginaria ostensum. Et tunc ad se reuersus, id est ad mentem suam: quia fuerat in maximo stupore dixit, Hunc scio vere quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu herodis et omnem expectationem plebis indeorum. Et considerans ubi esset venit ad dominū marie matris ianuam: qui cognominabat marcus non euangelista: ubi erant multi congregati causa orationis ut oraret pro petro. Et cum pulsaret petrus ad ianuam: egressa est puella ad videndum nomine rode. Et ut cognovit vocem patris pre gaudio non aperuit ianuam: sed recurrens nunciavit petrum stare ad ianuam. Et direxerunt illam insanire scientes petrum incarcernatum esse. Illa autem affirmabat rem se scilicet. Alij autem ex eis dicebant, angelus petri est. Sup quem locum dicit hieronymus, Tanta dignitatem esse animam: ut unaqueque ab omnibus natiuitatibus sue habeat angelum sibi in custodia deputatum. Petrus autem plorauerat pulsat, Et cum aperuerissent: viderunt eum et obstupuerunt. Et innuit eis manu ut taceret: ut sub silentio miraculū videret vel audiret. Vnde forte ideo: ne clamore gaudientium adiutus eius in quietate palparetur. Et narravit quomodo eduxit eum dominus de carcere: et alijs, Hunc late hoc iacobum et fratrem. scilicet iacobum alphum episcopo hierosolymoz, quod alter iam fuerat decollatus ab herode. Et egressus eadem illa nocte abiit in aliū locum timorebrodus et indeorum.

De morte herodis,

Capl'm. LXVIII.

### **R**astina autem

c die post eductōe petri de carcere: erat non parua perturbatio inter milites et custodes quidnam esset factum de petro. Unde apparet: quia clausum reliquerat carcerem, alioquin non esset ambiguū ea evasisse. Herodes autem cum reliquistet eum et non inuenisset: diligenter inquirens de custodibus, vtrum noscent quidnam factū esse de eo: inuictus eos adduci ad se ut vindicaretur: et solutio petri nulli noceret. Imminente enim negotio: herodes descedit a iudea in celare am palestine, ppter quā tyro et sidoni: vno



## Sicutum apostolorum

eret tyrius et sidonius quibus tratus erat. Non andientes tyrius et sidonius venerunt ad blastum qui erat cubicularius herodis et custos thelauroz eius, quia erat amicus eorum et patronus, et eo interprete reconciliati sunt herodi. Non enim poterant sustinere iniurias clavis regis tam vicini. Sequenti autem die herodes vestitus veste regali sedebat pro tribunali apud eos: et actionabatur ad eos blandiens eis. Populus autem acclamabat dei voces et non hominis, id est, exhibebatur ei laudes deo debitae et non homini. Et dum adulatorij suorum favorib[us] demulceretur, et oblatos sibi diuinos honores non respueret, respiciles super se vidit imminentem et insistentem capitum suo in funiculo angelum, et bubonem mortalem primum, et tunc ut tradidit iosephus inclinavit se ad eos qui sibi aplaudebant: et dixit eis, En ego deus vester morior. Sciebat enim iusta quod dixerat ei augur: cum traheretur ad carcerem: se infra quinq[ue] dies post visionem bubonis moritur. Et cœlestium ut habeat in historia percutit eum angelus domini, id est facta est super eum vindicta dei: quia per quinq[ue] dies ventris dolore cruciatus est, et corodebant vermes viscera eius, et ita paulatim consumptus a vermis expirauit.

De agrippa.  
Capitulum, LXXXI.

### Eliquit autem fi-

liu[m] qui dicitur est agrippa non cognominatus herodes: quia adhuc ibome erat: nec habuit totum regnum patris suum partem. Habuit autem terram duarum tribuum et dimidie ultra iordanem. Unde legitur quia fideles in iudea imminente eversione hierusalem ad ammoniensem angelum secesserunt in regnum agrippa isti: scilicet filii herodis agripe,

Reditus historie ad ordinem suum,  
Capitulum, LXXXII.

### Nunc redit hi-

storia ad ordinem suum, et continua est quod supra dictum est, collecta factam a fidelibus antiochiae missam pauperibus in iherusalim per barnabam et saulum. Quod enim interseruum est de herode, de morte iacobis, de incarceratione et liberatione petri, quod incidenter fuit, prosequitur ergo de reditu barnabe et sau-

lia hierosolymis historia in hunc modum. Verbum domini crescebat et multiplicabatur. Barnabas autem et saul reuersi sunt ab hierosolymis assumpto secum iohanne qui cognominatur marcus post expletum mysterium. Erat autem in ecclesia qui erat antiochiae propter eos qui venerabantur ab hierosolymis prophetarum doctores inter quos erat simon qui vocabatur niger, et lucius cireneensis, et manahen qui erat herodis terrarche lactaneus, id est eodem cum illo lacte nutritus. Et possunt ideo accipi prophete et doctores. Uel potest ita distinguiri. Prophete de futuris, et doctores de p[re]teritis. Et vide quod iste Simon dictus est de colore niger sed sit latinum vocabulum, vel si est hebreus dictus est niger: quasi ascendens de virtute ad virtutem. Niger est hebreus: et interpretatur ascendens. Misericordiis autem illis domino et ieiunantibus dicit eis spiritus sanctus Segregate mihi barnabam et paulum in opus ad quod assumpsi eos. Qui audito propheta spiritu sancti remiserunt saulum et barnabam in iherusalim ad periculum et iacobum et iohannem qui erant ibi. Qui gaulli sunt audito mandato domini vel spiritus sancti, et ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus in modum ordinando. Utrum autem post impositionem manus aliam ordinis solennitate circa eos celebraverunt incertum est. Nec de ordinatione apostolorum aliquid legitur, vel quod dominus eis imposuerit manus. De petro tamen certum habet quod antiochiae missam celebraverit. Sed potuit apostolis pro ordinatione sufficere: quod dictum est eis a domino. Hoc facite in meam commemorationem. Et licet non interfuerit barnabas et paulus, tamen quod postea electi sunt ad apostolatum propheta spiritu sancti: forsan in hoc cum aliis fuerunt prius legati, nec alia solennitas ordinationis circa eos celebrata est. Multo in primiuita ecclesiae sine hac solennitate ordinatio ad sacerdotium promota sunt, et multi laici sine diaconio et preceptib[us] ordinib[us] sacerdotes facti sunt. Et ipsi quemdem missi a spiritu sancto eodem duce itineris qui separauerat eos a ceteris: abiuerunt seleuciam, et inde nauigauerunt cyprum. Et cum venissent salaminiam predicabatur verbum dei in synagogis iudeorum, propter reverentiam suam duricim am eorum, et habebant secum in ministerio predicationis iohannem qui cognominatur marcus.